

1686.

1310 d. 6 Juli.

Skara.

Biskop BRYNOLFS i Skara stadfästelse på det byte Domprostén Bengt gjort af Edlaskogs kyrkohemman Watsända, Klunduryd, Groryd och Åwången till Sven Prestsson, emot annan jord i Bokolsryd.

A. 3. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus BRYNIULPHUS dei gracia scarensis episcopus, salutem in domino sempiternam, nouerint vniuersi quod discretus vir, magister benedictus prepositus scarensis, permutacionem quandam prediorum, cum suenone præstson de assensu nostro fecit per hunc modum, videlicet, quod dictus sueno et heredes sui debent habere predia ecclesie de etlæschogh in wazændæ, ørezbol. in clunduryð, ørezbol, in groryð ørtoghæbool. et in auangen ørtoghæbool, Ipse vero dominus .b. prepositus *nominatus* et sui successores, nomine ecclesie jn etlæskogh, debent habere, attæ ørtoghæbool jn bokolzryð. jn recompensacionem predictorum, Nos igitur permutacionem predictam, ratificamus per presentes, nostro sigillo roboratas, jn testimonium et euidentiam premissorum pleniorém, Datum scaris, anno dominj .M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. X<sup>o</sup>. jn octaua beatorum apostolorum petri et paulj.

*På frånsidan:* littere tangentés ötlæscogh &c.

Sigillet borta. Brevet söndrigt.

1687.

1310 d. 11 Juli.

Lund.

F. d. Præfecten PETER JONASSONS m. fl. vid allmänt ting gifna skötebref på lös och fast egen-  
dom i Wragetorp och Wragetorps mark, som Marskalken Johan Kalfs enka, Cecilia, gifvit  
till Dekanatet i Lunds domkyrka, för firande af hennes årsbegångelse på här föreskrifvet.sätt.  
A. 5.

Omnibus presens scriptum cernentibus. PETRUS JONÆS SON quondam prefectus scanie, PETRUS NICLÆS SON de borasyo, PETRUS NICLÆS SON de simbrus, SUTHMANNUS ÆLENÆ SON, milites, PETRUS ALLONIS persona ecclesie myathølbý in listria, ASCERUS presbiter persona ecclesie beati michaelis, lundis, NICHOLAUS TUNÆ SON de klæpæthorp, ANDREAS PÆTERS SON de bullathorp, NICHOLAUS JACOB SON de harthakræ, JOHANNES NICLÆS SON de thorthorp, PETRUS VFFÆ SON aduocatus lundensis, et ERLANDUS aduocatus in malmoghe. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod anno dominj .M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. decimo. sabbato proximo post diem beati kanuti regis et martiris, Nobilis domina, Domina cecilia, relicta domini Johannis dicti kaalf, quondam illustris regis danorum marskalci, in communi placito scanie constituta, multis presentibus fidedignis, scotauit ecclesie beati laurencij lundis, omnia bona sua mobilia et inmobilia in wraghæthorp et wræghæthorp

mark sita cum agris, pratis, pascuis et eorum attinenciis vniuersis, Juste in perpetuum possidenda. Ita videlicet quod dominus gwido decanus lundensis, qui nunc est, et successores sui, decani lundenses, qui pro tempore fuerint, dicta bona sub ordinacione sua libere habeant, et anniuersarium dicte domine, modo qui sequitur, teneant ex eisdem. primo in die anniuersarii sui, ad offerendam dent duas oras denariorum, canonicis, qui vigiliis et misse interfuerint marcham denar. vicariis. duas oras denar., ad lampadem ardentem ante corpus christi in ecclesia fratrum predicatorum lundis, quatuordecim oras denar., fratribus predicatoribus *ibidem* duas oras, fratribus minoribus *ibidem* duas oras denar., et siquid residuum fuerit de fructibus dictorum bonorum, hoc cedat dicto domino decano, libere, et suis successoribus annuatim. voluit preterea et protestata fuit domina predicta quod si aliquando contigerit propter karistiam temporis, uel alios casus quoscunque, redditus dictorum bonorum non sufficere ad soluendum omnia superscripta. quod quatuordecim ore denar. ad lampadem ardentem ante corpus christi in ecclesia fratrum predicatorum lundis, omni anno sine diminucione qualibet exsoluantur. et defectus fiat in aliis distribucionibus antedictis. In cuius rei testimonium sigilla nostra cum sigillo dicte domine presentibus duximus apponenda. Datum lundis, anno et die supradictis.

Sigillen: N. 1—3 och 5—13 bortfallna, remsorna kvar; N. 4 finnes, skadadt.

1688.

1310 d. 17 Juli.

Helsingborg.

Freds- och Föreningstractat mellan Konungarne ERIK i Danmark, HÅKAN i Norge och BIRGER i Sverige, Hertig CHRISTOPHER af Halland och Samsö, Grefve GERHARD af Holstein och HENRIK af Mechlenburg å ena, samt Hertigarne ERIK och WALDEMAR i Sverige å andra sidan.  
L. k. 6.

Omnibus præsens scriptum cernentibus ERICUS Dei gratia Danorum, Sclavorumque, HAQUINUS Norvegiæ, BIRGERUS Sveciæ Reges, CHRISTOPHORUS Dux Hallandiæ et Samsö, GERHARTUS Comes Holsatiæ, et HINRICUS Dominus Magnopolensis, salutem in Domino. Noverint universi, quod Anno Domini M<sup>o</sup> CCC. X. sexta feria proxima ante festum Mariæ Magdalenæ in villa Helsingburgh, inter nos ex parte una, et Dominos Ericum et Waldemarum Duces Sueorum, in modum qui sequitur extitit placitatum parte ex altera, videlicet quod nos ipsis Ducibus contra quascunque personas, in causis quibuscunque astare fideliter debeamus, et quod omnes discordiæ, dissensiones, et inimicitæ inter nos, homines nostros et fautores ex una parte, et ipsos Duces, homines ipsorum et fautores ex altera hactenus motæ et habitæ,